



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

Ratio hujus Tractatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

XIII.
præser-
toritatis
ent quòd
contra-

alis actio
vivia in-
ritonii,
r amicos
mentum
sequitur
m, cùm
eo modo
crationis
, per hoc
m.

2. etiam
et, in illo
alum, si
bus Hol-
s, ubi ne-
li.

eligiosus
osam illas
e occasio
monium
rocho aut
fficultas,

TRAC

VIX RUTATQARTE

451

TRACTATVS XIV.

De casibus tempore Pestis
occurrentibus?

Hunc tractatum reliquis casibus volui
specialiter subnectere; licet enim suis
quæquelocis, quæ h̄c dicturus sum,
potuissent interseri; melius judicavi
distinctè ab aliis, ea quæ huic materiæ propria
sunt, discutere; & hoc exemplo magni illius &
S. Præsulis S. Cardinalis Caroli Borromæi,
qui postquam diversis Synodibus (quibus ipse
cum quindecim Episcopis interfuerat) cuncta
& singula quæ ad Pastoralem curam perti-
nent, resolvi curasset, tandem speciali titulo
de curâ Pestilentiae tractatum edidit, cuius
hanc potissimum rationem dabat, quam suis
ipsius verbis h̄c referto: Tanta inquit illius,
scilicet Pestis, vis est, tamque vehemens, ut
cum occultè in omnes partes progrediens, brevi
momento temporis, quasi repentinò quodam im-
petu turbida tempestatis, homines obruat, teter-
rini contagii metu omnes ferè consternantur.
Quam ob rem eo pavore animi commoti atque
obstupefacti, plerique (tantum abest ut officiū sui
partes fortiter amplectantur) ut quasi è mentis
sue statu repente dimoti, nec cogitare quidem,

V

nendum

452 TRACTATUS XIV.

nedum deliberationes, consiliaque suscipere possint,
quid in calamitate publicâ expediat, & quid
planè necessarium sit. Alii verò eo metu affecti,
dum humanae prudentiae cautionibus se tueri vo-
lunt, eam sibi sollicitudinem quæ tota mundana
diligentia & præsidii nitiuit, ita præpostorè struunt,
ut religionis pietatisque Christianæ si non omniùm
obliviscantur, ejus tamen officia intermittent.
Quibus voluit ostendere, quantum sit necesse,
in tali perturbatione breviter ad manum ha-
bere illorum casuum resolutionem, qui tunc
maximè occurrere possunt & solent. Ac proin-
de per distinctos articulos breviter illa quæ
præcipue scitu necessaria sunt percurram.

ARTICULUS I.

*Vtrum Missionarii teneantur assistere po-
pulo suo peste infecto?*

Hujus quæsti resolutio haberi potera-
ex supra dictis tract. I. art. 10. si
ibi ea quæ pericula vitæ tempore pestis con-
cernunt, ad hunc tractatum rejici.

Distinguere hinc possemus inter Missiona-
rios qui sunt propriè dicti Pastores, & inter
alios qui Pastorum adjutores, facultatem hi curatores
bent Pastoralia conferendi. Utrosque autem ejus cura-